Hermanowski et Magdalenae de Pleszowice Coniugis
Legitimorum vel eorum Posterorum ad Officium prae-
sens Castrense Capitaneale Premisliense extunc re-
cessu suprascripto, quoad respondendum spectat ne-
cante, semper in primo Citationis Termino tanquam
peremptorio stare, Iuri respondere, vadium vel va-
dia praefixa luere, Inscriptioni praesenti satisface-
re, ac omne iudicatum pati debeat et teneatur, seque
ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obli-
gat praesentibus, illum Terminum primum peremptorio
et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem
Terminos semper peremptorio, vera infirmitate, pro ma-
iori minorennitate Successorum, Legatione intra vel
extra Regnum, servitio militari, ad Munimenta, ad
Evictorem vel aliisquibusvis Dillationibus, et Legalibus
impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea
ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis
Premisliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo,
nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones
faciendo, ac praemissa omnia Poenis duplicibus vel tri-
plicatis Evasionibus Suspensionibus, fatalis Iuris praescri-
ptione Terrestri, bello Conventioneque ac aliis omnibus
Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec
modo alio quovis evadendo. Atque ita praesenti perso-
nali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Stawski in rem Gorskiego scriptum roborat.

1019 Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Generosus Georgius Stawski Pocillator Zydaczoviensis

Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus
Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et
competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capita-
neali Premysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc atti-
net seque Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo pa-
lam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse
se, ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter
omnibus, summisque pecuniariis quibusuis habitis et ha-
bendis inscribit et obligat praesentibus Scriptum certum
manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosi
Adami Ioannis Gorski Camerarii Granicialis Terrae
Premysliensis ratione certarum rerum et Conditionum in
eodem Scripto manuali contentarum, de Actu et Data illi-
us hic Premysliae Die Vigesima Iulij Anno praesenti con-
fectum conscriptum et datum, manu sua Recognoscentis
propria subscriptum. In omnibus et singulis eiusdem Scri-
pti manualis Conditionibus, punctis, clausulis, articulis,
vadiis, ligamentis, ac nexibus in Universum omnibus eidem
Generoso Adamo Ioanni Gorski Camerario Graniciali
Terrae Premysliensis ipsiusque Posteris firmiter tenere, com-
plere exequi, ac inviolabiliter observare Omnibusque
et singulis eiusdem Scripti manualis contentis tam in
toto, quam in quavis minima parte toties quoties opus
fuerit satisfacere, Scriptum praefatum manuale ad In-
scriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptionem
praesentem Roboratoriam ad praedictum Scriptum ma-
nuale vicissim in toto referendo. Idque sub vadio
Summae Centum Octuaginta Florenorum Polonicalium
per eundem Recognoscentem vel eius Successores su-
pranominato Generoso Adamo Ioanni Gorski Came-
r atque Summario Iuris processu

vario Granicali Terrae Premysliensis, vel ipsius Posteris ob non complementum contentorum Scripti praefati manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quibus Vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis, ac pro re aliqua principali ex contentis Scripti eiusque manualis non completa complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Georgius Stawski Pocillator Zydaczoviensis sive eius successores ad instantiam praefati Generosi Adami Joannis Gorski Camerarii Granicalis Terrae Premysliensis vel ipsius Posterorum ad Judicium vel Officium quodvis Regni ad quod prius ex ipsis Citabitur, ex hinc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Juri parere respondere Vadium praefatis Luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum summario processu pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes facit eiusque Termini semper peremptorii vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad Munimenta, ad Excubias vel aliis quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quibus et Recitationem praeterea ultra processus Judicii vel Officii cuiusvis Recitationem [illegible] Terminis Dilationem sibi non recipiens nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciens ac ipsa via Partis simplicis vel Impeditus Evasiones Suspensiones Fatalium Juris processu non Termini bello Conventioneque ac aliis quibusvis Juris remediis et defensis non subterfugiens nec modo alio quovis evadens. Hac sua Ipsius personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

[illegible] Magdalena